

temp*l*i Domini collocare dignemini, ac pro meis A plus incendiis, sempiternis solari merear refrigeriis. Vale, mi venerabilis ac sanctissime domine.

ANNO DOMINI DCLVI.

SANCTUS VALERIUS ABBAS.

NOTITIA HISTORICA.

(Ex Anton. Biblioth. vet. Hispana.)

Sob Wamba Gothurum rege maxime floruit sanctus Valerius, abbas vulgo dictus celebris monasterii sancti Petri de Montibus. De quo insignis hæc memoria in eodem usque nunc legitur marmori inscripta (*Moral. l. XII, c. 35*).

(a) Insigne (*Ita apud Moralem*) meritis beatus Fructuosus postquam Complutense condidit cenobium sub nomine sancti Petri, brevi opere in hoc loco fecit oratorium. Post quem non impar meritis Valerius sanctus opus Ecclesie dilatavit. Novissime Gennadius presbyter cum duodecim fratribus restauravit. *Æra 953* (*Id est an. 895*) pontifex Astoricensis effec*tus a fundamentis* mirifice, ut cernitur, denuo erexit, non oppressione vulgi, sed largitate pretii, et sedore fratrum hujus monasterii. Conse*ratus* est hoc templum ab episcopis quatuor, Gennadio Asto: i*censi*, Sabario [*At. Sabarico*] Dumensi, Legionio Legionensi, et Dulcidio Salmanticensi, sub (a) æra novies centena decies quaterna et quaterna (*Æra 940 id est an. 896*), ix Kalendarum Novembris. Videnti de eo Ambrosius de Morales, lib. XII, cap. 51; Mariana, lib. VI Hist. Hisp., cap. 8 et 14; Arnoldus Union, lib. II de Ligno vii*o*, cap. 79; Tamaius, die 25 Februarii, Sandoval in Fundationibus Benedictin*um* de monasterio sancti Petri de Montibus. Scriptus hic sanctus abbas, inter alia opera:

(b) *De vana sæculi Sapientia librum*: in cuius fine verba de seipso sa*iens*, ex Asturicensis

B *urbis territorii quodam loco se esse oriundum ait, eremiticam egisse vitam vicennio integro variis persecutionibus agitatam; demumque in cellula pedem fixisse, quam sanctus Fructuosus juxta oratorium sancto Petro apostolo in Bergidensi eremo a se dicatum olim construxerat. Manet ibi nunc sub Benedictinorum regula sancti Petri de Montibus dictum, totaque Hispania inclutum Monasteriu*m*: ex oratorio nempe in ecclesiam, ut in monumento jam laudato legitur, dilatum. Qui Ecclesie adhæruisse etiam tunc opera ejusdem monasterium, ex quo abbas in ea ecclesia Valerius dicitur, vero simile est. Iude eum honoris causa deducere et in Toletanam urbem secum perducere conatus fuit ejus episcopus, Isidorus, scilicet Asturicensis (intersuit is Bracarensi concilio Wambanis tempore anno 675); pervicissetque precibus jussioni paribus ut ab amata Rachelis suæ amplexibus avelleretur, nisi Deus ad se vocato (c) episcopo quieti et solitudini servi sui opportune prospexisset. Hæc in compendio sunt que ex eo opere Valerius de se communicatum posteris voluit. Forte huius *de vana sæculi Sapientia* libri fragmentum est illud in quo de hypocrisi quorundam sui temporis monachorum alie conqueritur, a Tamalo adductum in Martyrologio Hispano die 25 Februarii, qui et typis mandavit (d).*

*Pistolam sive tractatum de Institutione novæ ritu*m*, ex quadam ms. Codice, in cuius ora notaretur,*

(a) *Sub æra novies centena decies quaterna et quaterna, ut hoc loco, et apud Moralem lib. XII, c. 35, qui lapidem descripsit αὐτὸν, non nihil tamen humani passus in eo fuit. Restitui itaque omnino debet: Æra novies centena decies quina, terma et quaterna, seu 957, ut respondeat anno Christi 919, in quo sub die 24 Octobris conseratus fuit templum cenobii sancti Petri Montensis, ut invictis rationibus ouendii cl. Floresius t. XVI, pag. 132, et t. XVIII, pag. 71, n. 6. Nec Sabaricus Dumensis nisi ab anno 907 pontificatum init, quam sedem in Minduniensem translatam usque ad annum 922 tenuit, ejus nonius secundus; isque idem est quem duplici, id est virorum et feminarum monasterio præfuisse, ac sancti Radesindi, qui post Recaredum ei in episcopatu*m* succedit, institutorem fuisse non ita pridem diximus.*

(b) *Exstat id opus in apographo nostro ex Codice Monasterii Carracedi exscripto. CARD. DE AGUIRRE.*

(c) *Quem tamen Isidorum Valerius in Ordine querimoniarum, seu Præfatione discriminis, n. 36, pestilegum virum vocat, et qui (pergit) dum sic veniret immensus ab iniuncto, ut ne mitteret in commotionis lateritum et aliorum fratrum pessimum scandalum, recto, videlicet, omnipotentis Domini iudicio, lacum quem nobis aperuit, ipse repente ingressus est, etc.*

D

(d) *Opusculum de vana sæculi Sapientia a nonnmine braulioni Caesarangustano tribui notum est, sed falso, cum dubio procul sancti Valerii Montensis sit. Exstat in Codice monasterii Carracedensi, atque in Amilianensi, necnon in duobus Toletanis, quorum alter ineunte sæculo XI exaratus fuit, ut ex nota ejusdem libri subdita liquet, nimurum: Explicit liber in æra 940 (Christi 912) regnante domino Adesonsum princeps. Armentarius indigens et grave onus peccatorum depressus scripsit. Hora pro me, sic inveni ad requiem anime tue. Amen. Utrumque hunc Toletanum Codicem ad annum 1732, contuli cum Carracedensi olim cl. Joannis Baptiste Perizii exemplo in Biblioteca Toletana servato; et variantes lectiones observavi, quas nunc ad manum habeo. Cl. Floresius universa Valerii gesta e Toletanis, Carracedensi et Amilianensi Codicibus strictim, sed clare ac dilucide expressit t. XVI, primusque omnium nonnulla Valerii opera in eundem tomum intulit, nimurum, *epistolam de beatissima Echerie laude conscripam*, etc., de qua mox seorsim; *de vana sæculi Sapientia*, cui insunt minores rubricæ; *Dicta beati Valerii ad beatum Donadeum*; item alia de Bonello monacho, item de cœlesti revelatione facta Baldario; *de monachorum Penitentia*; *dicta sancti Valero*.*

hanc non Isidori Hispanensi; cui ascribitur, sed potius Valerii esse (a). Scripsit item :

Vita sancti Fructuosi abbatis Dumiensis, posteaque archiepiscopi Bracarensis. Hanc edidit primus e Codice monasterii sancti Petri de Arlanza anno Christi 912, manu exarato Prudentius Sandovalius Pamplonensis episcopus, (*De las fundaciones de S. Benito en Espana*), atque exinde in Martyrologium suum Hispanum Joannes Tamaius insit (Tom. II, 16 April.). Tertio habemus editam, nec parum emendatorem, a Joanne Mabillone in *Actis Sanctorum Benedictinorum* (Sæc. II, p. 581). Tandem in *Actis sanctorum*, die 16 Aprilis. Valerii autem nostri esse creditur ex conjecturis tantum. Una enim cum aliis e iusdem operibus prostat, non solum in Codice illo Arlancensi, sed et in alio monasterii Carraceti Cisterciensis ordinis, non procul a sancti Petri de Montibus dicto, quem Morales vidit (*Moral. I. XII, c. 55*), scripta. Consonat et stylus utriusque operis, ut vi-
sum Morali; item quod Benenati et Juliani, atque item Cassiani, sancti Fructuosi familiarium, ac discipulorum testimoniis sic utitur. Vite auctor, ut et ipse familiares eos in eodem Bergidensi tractu, in quo monasterium sancti Petri est, habuisse facile appareat. Reperiuntur in iusdem Codicibus atque in alio Ovetensis Ecclesiae, quem et vidit Morales (*Liber. XII, c. 51*), sub sancti Valerii jani nomine.

De vita et sancta peregrinatione feminæ cuiusdam, sanctæ (b) Eucheris nomine ad Bergidenses monachos prolixa epistola (c).

(d) *His oria brevis Donadei abbatis (e).*

rii de genere monachorum; Ordo querimoniae, sive Praefatio discriminis; item Replicatio sermonum a prima conuersione; ac demum: Quod de supereribus querimoniae restatum sequitur. Rector autem noster hoc loco suspicatus fuit fragmentum de hypocrisi quorundam Valeri ævi monachorum a Tamai Salazario Martyrol. I. I, ad 25 Februarii adductum, partem esse hujus quo agimus de rara sacra sapientia opusculo; totidem enim atque ipsis verbis apud Tamalum et Floresium legitur.

(a) Exstat apud Tamaium Salazarium, Martyrol., ad d. 25 Februarii t. I, p. 252, in Codice Gothicō hoc titulo : *Tractatus sancti Isidori Hispanensis de institutione novæ ritus; cui tam in margine manu coeva adjecta est nota: Alii hanc epistolam tribuunt sancto Valerio abbat Virgilensi, quam ad Justum presbyterum scriptam autunant, quod est verius. Inc. Dilecte fili, dilete lacrymas; noli differre eas, etc. quod idem in initio est opusculi inscriptum Collectum de lacrymis sed fortassis, quavis ab eodem fonte descendant, diversa opuscula sunt. Certe Collectum de lacrymis in duobus Codicibus Escurialensis extansit, lit. M, plur. II, n. 23, et lit. L, plur. III, n. 8 (e quorum altero id olim descriptissimum, estisque nobis ad manum ejus exenplum), longe uberioris ac duplo minorem acclius præ Tamai de institutione novæ ritus edito est, ut ex utriusque collatione nobis constituit. Guillermus Cave epistolam sive tractatum de Institutione novæ ritus Isidoro a quibusdam tributum Valerio vindicat, ad annum 680 in eo; cl. tamen Florezius, tom. XVI, p. 34, eum Valerio abjudicat.*

(b) *Etheria est in Codice Carracedi, unde nos exscriptam habemus hanc epistolam, lucem aliquando, una cum aliis monumentis, visuram. CARDINAL DE ACCIRRE.*

(c) *Habetur in Escurialensi Codice anno Christi 954 exarato lit. A, plur. I, n. 9, hac rubrica Vita et Epistola beatissime Etherie (sive Etherie) laude conscri, ta fratrum Bergendensium a Valerio. onata.*

(d) *Habemus etiam hanc historiam inter annos 950 et 960 ex eodem Codice. CARDINAL DE ACCIRRE.*

(e) *Imo Donadeo abbati inscripte seu nuncupatae revelationes monachorum Maximi, Bonelli et Baldarii; nulla vero de Donadeo historia.*

A Item *De quibusdam miraculis et curationibus dorum monachorum Maximi et Bonelli, cuiusdamque (f) sancti Fructuosi famuli.*

Poetica quedam alia opera se reperisse in eodem Codice Ovetensis Ecclesiae Morales ait (g).

In psalmos fortasse scripsit; si quidem prologum ad eam Valerii nostri se vidisse in Codice illo Ecclesiae Ovetensis Morales scriptum reliquit in libro cui titulus est: El sancto viage, agens de libris Ecclesiae Ovetensis mass.

B In *Concordia regularum sancti Benedicti Annanensis abbatis*, quam vir doctissimus Hugo Menardus publicavit (h) cap. tertio, quod est *De generibus monachorum*, § 7, *Dicta*, hoc est, fragmentum sancti Valerii de genere monachorum insertum legitur, quod septimum genus quoddam eorum, et quidem prioribus prius, descriptum sit, quo satis ostendit sex alia se ante descriptsisse. An vero ex aliquo eorum operum quae jam memoravimus hoc sit fragmentum, illi viderim qui mss. Codices habent ad manum (i). Mabilioni certe aliquantulum variare hujus segmentum stylum ab eo quo utitur Vita Fructuosi auctor adiunxit (j), sed solcæs quibusdam, quæ tribui exscriptoribus possunt, e Vita ista sublati et in rectum sensum redditis, quod Mabilionius ipse fecit; in quoniam autem alter ab altero auctore differat, non facile invenio. Saltem de legitimitate inscriptionis fidem faciunt hæc ejus fragmenti verba: et cum in ista ultima extremitatis Occidua partis confinia, rara, videlicet, et exigua pullularent saecula religionis crepundia; quibus ultimi Occidentis scriptorem se

(f) Hujus exemplar apud nos est ex eodem Codice Carracedi. CARDINAL DE ACCIRRE.

(g) Valerium humaniora studia excoluisset innunt ejusdem verba in *Ordine querimoniae*, sive in *Praefatione discriminis*, nimisrum: Dum olim ego indignissimus peccator . . . intra adolescentie tempora mundanis illecebris occupatus, lucrisque terrenis inhiens, vanis disciplinis intentus, etc. Genio autem fuisse ad poetem proclivis atque a Musis non abhorrente, sparsa ubi vis in ejus opusculis hemistichia et carmina; nec ea solum quæ in de rana sacculi sepiantur et ceteris, sive lineis discreta, liguntur, nimisrum:

Ipse jubere nefas, ipse prohibetur amare,
Qui prohibere valet, nec prohibere volet;

Item :

Gaudia post luctum veniunt, post gaudia luctus,
Ploratum sequitur risus, et caeca plancus;
sed permulta a'ia in prosa oratione quasi neglecta et sponte fluentia. In *Ordine querimoniae*:

. . . . Quia nemo retrorsum
Noxia contempti vitam discrimina mundi
Aspiciens salvandus erit; nec debet arator
Dignum opus exercitus vultum in sua terga referre:

D *Reserve inquam, ut in antiquiore Toletano Codice: non revertere, ut apud cl. Florezium, pag 392. Item paulo inferius :*

Frons picea nigrior proprio se prodit amictu;
cujus loco apud Florezium, pag. 59, prosa oratione legitur: Frons picea nigro proprio d promitter amictu; in utroque Toletano, soluta item oratione: Frons picea nigriore proprio deponit amictu; necnon que sequuntur

. . . . Velut saevissima bestia frendens,

Et :

Is novit cui [quem] nulla latent abusus...
et alia passim que longum esset recensere.

(h) Parisiis, apud Dionysium Berchet 1638.
(i) Abest hoc fragmentum a Toletanis Codicibus atque a Carracedensi ejusdem Bibliotheca exemplum.

(j) In observat. præviis ad sancti Fructuosi Vitam secundo i SS. ordinis S. Bened. pag. 581.

esse satis prodit, hoc est Gallo: ie terrarum ultime flibus inclusum, quod observavit et Menardus (De concordiae auctore, etc. p. 66) (a).

Jacet sanctum ejus corpus, non quidem in suo sancti Petri de Montibus monasterio, sed in ecclesia

(a) Legitur hic tractus totidem verbis in cl. Florezi edito, pag. 388. Verum plura insuper alia Valerium scrispsisse, liquet ex ejusdem verbis in *de vacua sacra Sapientia in Ordine querimoniorum* sive *Præfatione discriminis*, apud Floreziun, pag. 397, n. 31: « Nam libros (inquit) quos de *Lege Domini*, et de *sancctorum Triumphis* pro consolatione peregrinationis me r, atque correctionis disciolinge vel scientie industria ipse conscripserat, mili prius cum ingenti contumelia (Flainus pseudo-sacerdos) abstulit. » In *Replicatione sermonum a prima copersione*, pag. 403, n. 45: « Cum in eodem (pergit) necessitudinis loco quemdam Bo. osuui filium enutrem, et illi pro eruditione præcipuum conscriptum assens libellum, etc. » B *Nam in Residuo superiorum querimoniarum*, pag. 411, n. 66: « Librorum vero volumina, tam quæ pro quotidiano officio, quam pro sanctuarum festivitatibus pro ordine pertinet anniversario, vel etiam di-

A quatuor fere milliaribus inde dissita sancti Michaelis Archangeli: ubi magna religione et peregrinationibus frequentibus, uti et solemni festo die xvi Aprilis in Asturicensi Ecclesia, rite colitur (b).

versarum sanctarum Scripturarum, quod ad ædificationis profectum atque industrie documentum proficit animarum, utraque altarium sanctorum juvante Domino plenarium accelebravi | Rest. acceleravi | compen' ium, etc. » Quæ ad ecclesiastica officia, id est ad altaris et chori servitium spectare videntur. Vid. de his Florezius, t. XVI, p. 315. Acrostichidem quamdam inter ejus opera apud nos habemus, cuius summa litteræ sunt: MISER VALERIUS: cujus aliquando copiam vulgo faciemus. (Vide infra col. 425) CARDINALIS ACUTIRE.

(b) Cl. Florezius, t. XVI, pag. 342, n. 36 et 57, omnino nostrum sinistra aliorum relatione deceptum, et Valerium, sicut ipse vivens e Deo postulaverat, in sancti Petri Montensis cœnobio ad Dominum intrasse, ibique venerandum ejus corpus ad hanc diem religiose coli, asserit.

SANCTI VALERII ABBATIS

OPUSCULA.

(Florez, España Sagrada.)

PISTOLA DE B. ECHERIA.

Incipit epistola de beatissimæ Echeriæ laude conscripta fratrum Bergidensium monachorum a Valerio collata b.

1. Queso ut intento corde pensetis, sancti et Deo placiti fratres, quanta sit exercitatio operum diversorum premia adipiscendi regni coelorum. Dum fortissimorum virorum sanctorumque attendimus acta, feminæ fragilitatis magis constantissima admiratur virtus efficacia, sicut beatissimæ Echeriæ cunctorum secularium fortior virorum eximia narrat historia. Iaque dum olim almifica fidei catholice crepundia, lucislaque sacræ religionis immensa claritas hujus occidua plague sera processione tandem resulisset extremitas, eadem beatissima sanctimonialis Echeria, flamma desiderii gratiae divinae succensa, majestatis Domini opitulante virtute, tois nisibus, intrepido corde immensum totius orbis arri, uit iter. Sicque paulisper duce Domino gradiendo pervenit ad sanctissima et desiderabilia loca, nativitatis, passionis et resurrectionis Domini atque innumerabilium sanctorum per diversas provincias vel civitates corpora martyrum orationis gratia ædificationisque peritia. Quanto plus sancto dogmate indepta, tanto amplius inexplicabilis æstuabat in corde ejus sancti desiderii flamma. Cuncta igitur Veteris ac Novi testamenti omni indagatione percurrens volumina, et quæcumque sanctorum mirabiliorum loca in diversis mundi partibus, provinciis, civitatibus, montibus, ceterisque desertis reperit esse conscripta, sollicita expe-

* Ita et Morales nominat lib. xii, cap. 51. Tam vero Eucheriam ad diem 25 Febr. Cod. Goih. Tolet., Egerie; Carrezedensis, Echerie, et Et er. a.

ditione licet per multa annorum spatia peregrinando proficisciens, tamen cuncta cum Dei juvamine perlustrans, tandem parte Orientis ingressa sanctorum summo cum desiderio Thelæorum visitans monachorum glorioissima congregationum cœnobia, similiter et sancta anachoretarum ergastula. Unde benedictionibus sanctorum plerumque munita, et dulci alimoniae claritatis referta, ad cunctas Ægypti convertit provincias, et omnes antiquæ peregrinationis Israëlitici populi summa intentione perquirens habitationes, singularumque provinciarum magnitudines uberrimas, fertiles, atque perspicuas, urbiumque munitiones, et varias pulchritudines per singula describens cunctarum venustissimam laudem.

2. Post hæc sacratissimi montis Domini gratia orationis, desiderio denique inflammata egressionis filiorum Israel ex Ægypto sequens vestigia, ingressa est vastas solidudes, et diversa eremii deserta, que ad singula Exodi libri declarat historia. Ubi Israëliticus populus triduo sitiens, ambulans sine aqua, atque ubi illis murmurantibus ex durissima petra eduxit Dominus per Moysen inæstimabilem aquam, et eorum fides permanit ingrata, ibi in corde istius Deum cibentis influit sous aquæ vivæ, salientis in vitam æternam. Et ubi multitudo illa esuriens ex dispensatione divina sanctorum de cœlo fluente percepit manna, insuper fastidiens Ægypti execranda quæsivit alimenta, ibi ista cibo verbi Dei refecta infatigabiliter agens gratias Deo, carpebat iter intrepidus. Illi autem crebro vocem Domini audientes, gra-

» Ex Codicibus Carracedensi, duobus Toletanis et altero Æmilianensi.

* Cod. Tolet., charitatis.